



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 4. Militis fidelitas, regis contumacia, Numinis longanimitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

desisteret, atrocia mala experturum Regem; idq; ei significare militē jubet, adjecta seria exhortatione, pœnitentiæ de tanta stoliditate non procraftinandæ. Tantâ patientiâ piû Numen & sustinet, & lucrari vult Encelados istos cœlum expugnare cogitantes, & in superos arma mouentes, de terra natos, & in terrâ reuersuros, qui, cum vix sint idonei, ad opus ruri faciendû, audent DEO leges dare, & recta prauâ facere.

§. IV.

Militis fidelitas, regis contumacia, Numinis longanimitas,

Miles, vt erat diuini honoris sitientissimus, non diu cunctatus, illico Regem, apud Burgos, commorantem adiit, petitoq; colloquio secreto, primûm ei exposuit, quæ visu, deinde etiam quæ auditu acceperat: postea oratione vehementi suadere cœpit, vt tam blasphema verba, quæ delirando illi exciderant, etiam atq; etiam, corâ ijsdem, quâ audierant, retractaret. Mirare hîc, Lector, nouum (ah nimis antiquum & consuetum) certandi genus. Summa DEI bonitas, cum summâ hominis malitiâ pugnat; & certat illa, vt clementiâ; ista, vt pertinaciâ vincat. Mittit legatum offensus ad offendentē; suggerit

Psalm.
90.6.

gerit Dominus seruo veniæ modum; monet
iudex reum, vt caueat fugiatq; supplicium.
Quæ maior posset esse bonitas? non tantùm
dat *metuentibus se significationem, vt fugiant à*
facie arcus, sed & persequentibus! At quid il-
le, *cui robur & as triplex, circa pectus erat,*
quid fecit adamantinus Alphonfus? quia iã
præualuerat in vanitate sua, militis moni-
tionem, cū risu, accepit, & acerbo sarcasmo.
Quin illico exesse iussit, peruicacissimè sa-
criste illa repetens: *si tempore creationis hu-*
mana interfuisset, plurima melius ordinari po-
tuisse. Olim, promagno absurdo habebatur,
si sus docere Mineruã voluisset: aliquid abe-
surdus nostra sæcula audierunt. Potestne
humana superbia altiùs ascendere? olim, in
Lucifero, iuxta DEVM; iam in Alphonso, su-
pra DEVM ascendit, quem putare audet, ho-
mine minùs sapientem. Quid hîc par fuit fa-
cere diuinam Maiestatem? in quod non ca-
lamitatis barathrũ debuit hunc Regem præ-
cipitare? Ex æquo fecisset, si eum iuxta, aut
infra ipsum Luciferum, in inferni infima, &
ultima applausisset, tam nouum, & impi-
um æmulum diuinitatis.

§. V.

Altera vice pulsans, & moneri superbũ regem
inbens Deus, dennuo repellitur. At